Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

3

Forsan vestigia Dei comprehendes, et usque ad ipsum omnipotentem reperies. Exercitior certe es, et quid facies? Profundior inferno et eum cognoscis? Longior terra mensura es, et latior mari. Vnde enim ubique pariter ubi timor quem es initium sapientiae. III. Tertium postulatio, tertio quod in te nasci debet, frequens et promentis illuminationes ad Deum aspiratio. Hic v. Dat ma-
nna in nocte, et docet nos super iumenta terrae,
15 cap. et super volucres coeli erudit nos ut Job dixit:
Hoc diuinum Iacobus praecepit dicens ait. Si quis indiget
Eclesi. 3. sapientia, postulet a Deo. Hoc Paulus et Ephesijs
egit dicens dixit: Flecto genua mea ad patrem Dominj
nostri Iesu Christi, ut det vobis secundum divitias gloriae suae
comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longi-
tudo, et sublimitas et profundum: scire etiam supereminentem
scientiae charitatem Christi. At quoniam ad
hymnodi aspirationem necessaria est hominis mentis
suae praeparatio, cum dicere audeat Deo, recede a
nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, idcoque qualiter
se studens praeparet, admodum aliquot subjicimus.

Caput II. De considerationibus quibus auditor ad studium Theologiae praeparet.

Considerat primo studens, ut quo ad possit et valet, mentis suae intendat puritati. Animus enim
impurus divinis hominibusque infestus, nisi vigiliis aeque
quietibus sedari potest, et diversis mentis excitata